



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. XXI. De Officio Praefecti in Choro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

Cuique plebi magister cæmoniarum constituatur, à quo ceteri ad formam libri editi cæmonias ediscant.

Cap. I. L.

IN unaquaque plebe Episcopus duos, unumve saltem Sacerdotem, Ecclesiasticorum rituum vsuperitum, constituere curet, qui alios Sacerdotes, & Clericos cæmoniarum, que in Misâ, & in diuinis officijs rite obeundis requiruntur disciplina, instruant diligenter; qua in re libellus de Misâ & cæmonijs adhibeatur, qui iam in lucem exiit à bo. me. Cardinale Borromeo Metropolitano.

D E O F F I C I O P R A E F E C T I in Choro.

Quæ præfetus Chori præstare debeat, aliter puniendus.

Cap. I.

SU B D N Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs, qui Choro præsidet, vigil diligenter, ne quid pretermittatur in diuini officij institutio ne, vel progressione, vel in reliquis, que ad probatam chori rationem pertinent, & alijs, quæ communibus, vel proprijs constitutionibus, in diuinis officijs obeundis prescribuntur. Neve absurdè, indecorè, vel præpostere quidquam fiat: si qui suo officio non satisfaciant, eos grauiter, & amanter obiurget; si non respuerint, iubeat punctorem in libro illos describere, & ad Episcopum deferre, cui dignas pœnas pendat. Sin ipse in suo munere obeundo negligens fuerit, ab Episcopo, vel ab alio, qui Ecclesia presit, puniatur.

Quando hoc officio primus illius Ecclesiaz fungatur.

Cap. I. I.

SI quæ autem Ecclesia non habet, qui huic muneri nominatim præpositus sit, vel si habet, is non adsit in Choro, præsidentis officio fungatur, qui primo Chori loco tunc sedet ex ijs, qui dignitates, aut Canonicatus in ea Ecclesia obtinent.

Delinquentes magistri quomodo obiurgandi, & puniendi.

Cap. I. I. I.

SI magister in officio suo deliquerit, à præposuo Chori obiurgetur, & ab ordinario puniatur pro delicti modo.

Vbi

Vbi non existit, aliquis pro hoc officio etiam communibus stipendijs ab Episcopo deligitur. Cap. IIII.

Si in aliqua Ecclesia non fuerit huiusmodi officium, Episcopus, capitulo adhibito, ad id constitutum clericum aliquem probatis moribus, & in diuinis officijs exercitatum, cui stipendum det, communibus etiam sumptibus, si opus erit.

Nemo præter præfectum, vel quem pro officio id muneris spectat sub pœna pro ritu diuinorum iubeat. Cap. V.

Non in Choro, & Ecclesia, Sacristia, quod ad diuinorum officiorum rationem, ritum ve pertinet, quicquam alius iubeat, nisi chori præfetus, vel is cui pro officij, quod gerit ratione, id muneris competit, pœna ei constituta Episcopi arbitrio.

Quando, & qualiter Episcopus præfectum Chori deputat, etiam amouere valeat. Cap. V I.

Praefetus Chori, ubi ex antiqua, probataq; Ecclesiæ institutione nomina tim nemo est, neque aliis item, quem huic muneri Episcopus præfecit, eiusmodi officio fungatur, qui digniori Chori loco sedet: id vero, quod ad alium ei muneri Episcopus arbitratu suo præposuerit. A quo officio quandocumque eum amouere, tum rursus confirmare Episcopo liberum sit.

DE CLERICO AEGROTANTE.

Qualiter cui Parochiale munus aliqualiter spectat, etiam in Parochiali domo residere cogatur. Cap. I.

Parochum autem, qui quacunque de causa Parochialis curationis socium, vel adiutorem habet, tum ipsum, tum illum item in habitacione Parochiali manere, ac residere cogat, Episcopus, & fractum mulcta, & alijs præterea pœnis, arbitratu suo irrogandis.

Vbi plures residere nequeant quid ab Episcopo agendum sit.

Cap. I I.

Si vero præ domicilijs Parochialis angustia, unus, & alter item, illius habitatione uti Episcopi iudicio, nullo modo potest; tum eorum alterum, quem ipse Episcopus, proposita sibi maiori illarum animarum utilitate, delegit, in domo Parochiali alterum in domicilio proxime conduco, aut traditо habitare, residere ut Episcopus iubeat; cuius sit efficere, ut id omne, & de domo eorum alteri tradenda, sed sicandave, & de ea interim conducenda plane, a quibus debet, præstetur.

Vid. de
hoc sup.
de Paroc.
c. 6.

Si